

Et a est voluntas eius. Propterea namq; *magna opera do-*
mini exquisita in omnes volūtates eius, vt miro & ineffabili
modo non fiat præter eius voluntatē, quod etiā con-
tra eius fit voluntatē: quia nō fieret, si nō fineret: nec
vtiq; nolens finit, sed volens. Nec fineret bono fieri
malē, nisi omnipotens etiā de malo facere posset be-
ne. **ALIQUANDO** autē bona voluntate homo vult
aliquid quod Deus non vult, etiam ipse bona multo
amplius multoque certius voluntate: nam illius mala
volūtas esse nunquam potest. Tanquā si bonus filius
patrē velit viuere, quē Deus bona volūtate vult mo-